Fr. MICHAËL PASZKIEWICZ
Ord: Minorum S. P. N. FRANCISCI
Reg: Observantiæ Sacræ Thæ L. Jubilatus Almæ Provinciæ
M. D. Lithvaniæ S. CASIMIRI.
MINISTER PROVINCIALIS et Servus.

Dilectis Nobis in visceribus Dñi Nostri JESU Xti, Adm Rndis Adm et Multum Vndis, Venerandis Patribus ac Fratribus

Salutem ab eo, qui est vera salus.

Laudetur JESUS Xtus, cujus in terris Vicarius, feliciter Ecclesiam regens, Modernus BENEDICTUS XIV. elapso proxime anno 1746 in festo SS. Apostolorum Petri et Pauli; Beatum Petrum Regalatum Confessorem Ord: nostri, solemni apparatu Sanctorum Fastis adscripsit. Ea propter mirabili DEO, in Sanctis suis peractis gratijs, quod Seraphicus Regalatus, steterit erga Latus, an verius à Xti Latere surrexerit. Curent omnium Conventuum Superiores hujus Sancti (: ex transmissis sibi exemplaribus :) in Linteo depingi Imaginem et Solennem ad suas Ecclesias facere introductionem. In primis Vesperis (: ubi copia fuerit extraneorum Prædicatorum :) cum tribus Concionibus, cum expositione Sstmi Sacramenti et Processionibus. Hæc autem introductio fiat, vel in Vigilia hujus Sancti Festi incidentis, decima tertia Maij; vel in Vigilia SS. Apostolorum Petri et Pauli, in quorum scilicet solennitate incidit anniversaria dies Cannonizationis præfati Sancti: prout commoditas temporis Loci aliarumque circumstantiarum melius indicaverit. Prædicatores vero Conventuum tempestive ex suis pulpitis præmoneant populum de imminentibus festivitatibus cum Indulgentijs Plenarijs. Una perpetuâ: scilicet pro Festo S. Petri Regalati, altera pro una vice: scilicet pro Anniversaria die Cannonizationis, ut patet in Decretis per typum transcopiatis, et ad singulos Conventus transmissis. Decretum pro Indulgentia Plenaria perpetua faciant Superiores apponi tabellis ligneis solidis bene adornatis, in Sacristia semper appendendis, et quot annis in festivitate hujus Sancti ad valvas Ecclesiæ exponendis.

Decretum Sacræ Congregationis elevans festum Sctæ Annæ ad Ritum 2dæ Classis similiter adoptatum perpetuo in Sacristijs conservetur. Pari modo faciendum est, cum Decreto Concessionis Officij, et Missæ, cum oratione de communi Confessoris non Pontificis sub ritu Duplici, in honorem B. Pacifici à Cederano Ord. Min. Obser: pro die 5ta Junij, quam diem officio absolvendo Patres Vicarij in unoquoque Conventu annotent.

Significamus Brevi venturum in nostram Provinciam Adm Rndum Prem Comissarium Visitatorem Generalem, quem humanissime

excipiant

excipiant (non sicut immediate præteritum in Conventu Bienicensi:) honeste
tractent prout Seraphica permittit paupertas. Patres Guardiani in suis
Personis de Conventu ad Conventum deducant; unus alteri de proximo ad-
ventu charitative significet. Omnes Patres Capellani; Item omnes
Questarij tempestive, ad suos; vel proximiores Conventus pro Vi-
sitatione convocentur. Ad adventum Adm: Rndi Pris Comissarij
tota communitas in duas lineas ordinata in Choro expectet eum,
et ad ingressum ejus in Ecclesiam intonet: Te Deum Laudamus:
vel: Salve Sancte Pater etc. Maxime ubi numerosiores sunt Commu-
nitates.

Postremo notum facimus, qd Adm: Rndus Pr Franciscus Andraszkiewicz
Sae Th.ae L. J. Præd: Gnlis: Diff: Hab: Ex Custos. Ex Comissarius Provinciæ
Roxolanæ, Ex Minister Provincialis Pr Amari, Provinciæ nostræ
ad ultimum finem vitæ progressus sit; die 22 January; Januamq sibi se-
pulchri Grodnæ adaperuit, seu Lapidem offensionis amicæ ætatis resolvit.
Qui fuit Zelo religionis et meritis ponderosus, vitâ inoffensus, observantiâ
incorruptus, circa Ecclesiasticum decorem senio florens doctrinâ immarces-
cibiliter Laureatus.

Item significamus Frem Raymundum Jankiewicz Clericum Professum
Minorem obijsse 9 February. prioris anima solitis pro Patribus Pro-
vinciæ, posterioris consuetis pro Fratribus absolvi recomendatur suffra-
gijs. Expensa notabilis pro elevatione ritûs ad secundam
classem Sanctæ Annæ; reimpressio typo indulgentiarum, aliorumq instru-
mentorum Romanorum; sculptio, excusio Imaginis, Sancti Petri Regalati
Patrum Guardianorum recomendantur Discretioni in subveniendo sub-
sidio charitativo pro futuro (DEO dante) capitulo.

Tandem ut hæ præsentes ad singulorum notitiam perveniant, mandamus in virtute
S. Obedientiæ Superioribus Locorum, ut lectas in plena communitate capi-
tulariter congregata, et in scriptas ad Archivum Cursolialium sine mora juxta
ordinem à tergo annotatum per fideles tabellarios transmittere curent.
Valete igitur PP. ac Fres in visceribus Dni Nostri JEsu Xti Dilectissimi,
vestræ vocationis semper memores, et nostri in SS. orationibus non
immemores. Datt. in Cnu [illegible] nostro [illegible] Vilnensi ad S. Franciscum et
Bernardinum Aõ Dni [illegible] [illegible]ti.

[illegible] Michael idem qui
[illegible] pra mnr Pvlis mp